



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Dominica XX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

in particulari, sunt spei, & quoad nos incerta; quoad Deum, & in se, certa.

DE SPIRITU  
SANCTO.

DOMINICA XX.

QVÆSTIO LIII.

*Quid credis de Spiritu Sancto?*

RESP. Primum, quod sit verus  
coequalis, & coæternus Deus cum æ-  
terno Patre & Filio<sup>a</sup>. Deinde, quod  
<sup>\*</sup> nobis quoque datus sit<sup>b</sup>, vt <sup>†</sup> nos  
per veram fidem, Christi & omni-  
um eius beneficiorum participes fa-  
ciat<sup>c</sup>, <sup>\*</sup> nos consoletur<sup>d</sup>, & <sup>†</sup> nobiscum  
in æternum maneat<sup>e</sup>.

<sup>a</sup> 1. Ioh. 1. 7. Act. 5. 3. 4. <sup>b</sup> Act. 2. 17. 18. ex  
Ioel 2. 28. Act. 2. 39. <sup>c</sup> Rom. 8. 9. 1. Cor. 12. 3.  
Eph. 3. 16. <sup>d</sup> Ioh. 15. 26. <sup>e</sup> Ioh. 14. 16. 17.

<sup>b</sup> Act. 2. 17. 18. Et erit in nouissimis diebus,  
effundam de spiritu meo super omnem terram: &  
prophetabunt filij vestri, & filia vestra: & iuvenes  
vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia  
somnia bunt. 39. Vobis enim est repromissio, & filijs  
vestris. & omnibus, qui longe sunt, quoscumque  
aduocauerit Dominus.

RESP. <sup>b</sup> Fidem hæc inferunt, sed non  
specialem. Adeo multi sunt vocati; pauci  
vero electi. Sequentia similiter.

<sup>c</sup> Rom. 8. 9. Vos autem in carne non estis, sed  
in spiritu: si autem spiritus Dei habitat in vobis.  
Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non  
est eius. 1. Cor. 12. 3. Nemo in spiritu Dei loquens  
dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Domi-  
nus Iesus, nisi in spiritu sancto. Eph. 3. 16. Det vo-  
bis secundum diuitias gloriae suae virtute corrobora-  
ri per spiritum eius in interiorem hominem.

RESP. Hæc in genere sunt fidei & certæ

DOMINICA XXI.

QVÆSTIO LIV.

*Quid credis de Sancta & Catholica  
Christi Ecclesia?*

RESP. Credo, filium Dei<sup>a</sup>, ab in-  
nitio mundi<sup>b</sup> ad finem vsque<sup>c</sup>, sibi  
ex vniuerso genere humano<sup>d</sup>, *visi-*  
*bilem* Cœtum ad vitam æternam e-  
lectum<sup>e</sup>, per Spiritum suum<sup>f</sup>, *meri-*  
*ta*, & verbum<sup>g</sup>, in *Sacramentis* & *ve-*  
*ra fide viuâ* contentientem<sup>h</sup>, colligere,  
*sub vno in terris Capite Papa,*  
tueri ac seruare<sup>i</sup>: meque viuum eius  
Cœtus membrum esse *debere ac pos-*  
*se*<sup>k</sup>, & perpetuo mansurum<sup>l</sup> *spe-*  
*rare*.

<sup>a</sup> Eph. 4. 11. 12. <sup>b</sup> Luc. 11. 49. 50. 51. Gen. 4.  
4. 5. Gen. 4. 26. Gen. 8. 20. Gen. 12. 81. Gen.  
26. 25. & 35. 7. <sup>c</sup> Matth. 28. 20. 1. Cor. 11. 26. <sup>d</sup>  
Pl. 2. 7. 8. Apoc. 5. 9. <sup>e</sup> Rom. 8. 28. 30. Ioh. 10.  
26. 27. 28. 1. Petr. 2. 9. <sup>f</sup> Rom. 15. 17. 18. 19. <sup>g</sup>  
Ro. 15. 17. 18. 19. <sup>h</sup> Eph. 4. 4. Eph. 4. 13. <sup>i</sup> Mat.  
16. 18. <sup>k</sup> Ephes. 2. 19. 20. 21. 22. <sup>l</sup> Plal. 23. 6. 1.  
Cor. 1. 8. 9.

RESP. Hæc autoritates sonant sapiuntq;  
vt similes supra.

QVÆSTIO LV.

*Quid sibi vult Communio San-  
ctorum?*

RESP. Primum, quod vniuersi &  
singuli credentes, Christi<sup>a</sup> & om-  
nium

R r nium